

Clarissime Domine. Egi cum Reverendissimo patre Generali de recognitione concionum mearum, qui scripsit ad rectorem collegii Coloniensis Iesuitarum, ut designet duos viros doctos ex patribus Iesuitis, qui opus concionum recognoscant, et sic recognitum edi
5 permittant. ~~Ego autem valde~~

Ego autem valde cupio, ut vel typographus, vel Reverenda Dominationo vestra addat initio operis praefationem ad lectorem, in qua testetur, has conciones habitas fuisse Lovanii ante annos circiter
10 quadraginta, cum ego adhuc iuvenis essem, neque me de editione unquam cogitasse, imo neque exemplum ullum, ac ne autographum quidem mihi servasse, sed inventas isthic conciones visum vobis fuisse in publicum edere ad communem utilitatem.

Quaestiones ad D. Gravium missas libentissimè legam, si is eas mihi dare voluerit. Vale, doctissime Domine, et meam senectutem
15 apud Deum precibus tuis iuva. Datum Romae die 24 Aprilis 1610.

R^{dae} Dom. T.

Uti frater

Rob. Card^{lis} Bellarminus.